

Ein Brief des Königs Sigmund von Ungarn an den Grossmeister des Johanniterordens Philibert von Naillac.

Dat. Constantinopel, 1396 November 11.¹

Mitgetheilt von H. V. Sauerland.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchio Brandenburgensis etc. reverendissimo in Christo patri et religiosissimo militi domino Philiberto divina permissione sacre religionis hospitalis sancti Iohannis Iherosolimitani magistro dignissimo salutem et prosperos ad vota successus. Placuit Altissimo, ut ad urbem Constantinopolim licet alio quam sperabamus itinere veniremus. Quam circa obsessam invenimus et in statu positam valde gravi adeo, quod, si noster defuisset adventus, infra quam paucissimos dies Turchorum rapinis et spoliis patuisset. Sed nos attendentes, quod ipsius urbis perdicio toti christianitati dampnosa nimis esset, eo quod in mari vires infidelium nimis augerentur, pro consideratione ipsius, pro christianitatis bono ad eius defensionem atque custodiam galeas nostras cum illis imperatoris, Venetorum Ianuensiumque dimisimus et alia multa tractavimus, sicut reverencie vestre admiratus vester serius explicabit. Hec quidem nos precipue christianitatis respectu fecimus. Vos autem preter christianitatem respectu lige, quam cum imperatore et Perensibus, sicuti ab eis didicimus, religio vestra habet, tenemini ad Romanie parcium conservacionem intendere et eis auxilium, quociens expedit, impertiri. Quapropter attente vestram ortamur reverenciam et rogamus, quatenus in dictarum parcium subsidium ex vestris aliquot transmittatis galeas, ut, donec per christianos fiet alia provisio, se valeant sustentare. Imperator siquidem et Perenses legatos suos ad Venetias et Ianuam transmittunt, a quibus

1) Aus einem gegen Anfang des 15. Jhs. geschriebenen Codex epistolaris der Biblioteca Barberina zu Rom, sign. XXX, 174 fol. 28'.